



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum liberum arbitrium alicuius creaturæ possit esse obstinatum in malo,
vel immutabiliter firmatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

¶ 2 Præ. Apostoli per aduētum Spiritus sancti confirmati fuerunt in bono, ut videtur per hoc quod dicitur in psal. 74. ego confirmaui columnas eius, quod glo. de apostolis exponit.

RESPON. Dicendum, quod aliquis potest confirmari in bono dupliciter. Vno modo simpliciter, ita. scilicet quod habeat in se sufficiens suæ firmitatis principium, quod omnino peccare non possit, & sic beati sunt confirmati in bono ratione prius dicta. Alio modo, dicuntur aliqui confirmati in bono per hoc, quod eis datur aliquod munus gratiæ, quo ita inclinantur in bonum, quod non de facili possunt a bono deflecti: non tamen per hoc ita retrahuntur a malo, quin omnino peccare non possint, nisi diuina prouidentia custodiat: sicut dicitur de immortalitate Adæ, qui ponitur immortalis, non quod omnino aliquo sibi intrinseco protegi possit ab omni exteriori mortifero, utpote ab incisione gladij & alijs huiusmodi: a quibus tamen diuina prouidentia conseruabatur. & hoc modo aliqui in statu uiaæ possunt confirmari in bono, & non primo, quod sic patet. Non enim potest aliquis omnino impeccabilis reddi, nisi omnis origo peccati auferatur. Origo autem peccati est, vel ex rationis errore, qui in particulari decipitur circa finem boni, & circa utilia, que in vniuersali naturaliter appetit, vel ex hoc quod iudicium rationis intercipitur propter aliquam passionem inferiorum uirium. Quamuis autem alicui uiatori concedi possit, ut ratio nullatenus erret circa finem boni & circa utilia in particulari per dona sapientiæ & consilij: tamen non possit intercipi iudicium rationis, excedit statum uiaæ propter duo. Primo, & principaliter: quia rationem esse semper in actu rectæ contemplationis in statu uiaæ, ita quod omnium operum ratio sit Deus, est impossibile. Secundo; quia in statu uiaæ non contingit inferiores vires ita rationi esse subditas, ut actus rationis nullatenus propter eas impediatur, nisi in Domino Iesu Christo, qui simul uiator & comprehensor fuit: sed tamen per gratiam uiaæ ita potest homo bono astringi, quod non nisi ualde de difficili peccare possit per hoc, quod ex uirtutibus infusis inferiores uires refrenant, & uoluntas in Deum fortius inclinatur, & ratio perficitur in contemplatione ueritatis diuinæ, cuius continuatio ex seruire amoris proueniens hominem retrahit a peccato: sed torum quod deficit ad confirmationem completur per custodiam diuinæ prouidentia in illis, qui confirmati sunt, ut scilicet quæ occasione peccati se ingerit, eorum mens diuinitus excitetur ad resistendum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod affectus peruenit ad finem, non solum quando finem perfecte possidet: sed et quodammodo quando ipsum intente desiderat, & per hunc modum aliquo modo in statu uiaæ aliquis potest confirmari in bono.

AD II. Dicendum, quod dona gratiæ non sequuntur ordinem naturæ de necessitate. & ideo quæuis humana natura non sit angelica dignior, tamen alicui homini collata est maior gratia quam alicui angelo, sicut beate uirgini & homini Christo. Confirmatio autem in bono beate uirgini competebat: quia mater erat diuinæ sapientiæ, in quam nihil in quinarum incurrit, ut dicitur Sap. 7. Similiter Apostolos decuit: quia erant quasi fundamentum & basis totius ecclesiastici edificij: unde eos firmos esse oportuit.

AD III. Dicendum, sicut ad primum.

AD IIII. Dicendum, quod ratio illa potest haberi, quod non est aliquis in statu uiaæ omnino confirmatus, sicut nec omnino perfectus: sed aliquo modo po-

test dici confirmatus, sicut & perfectus.

AD V. dicendum, quod posse peccare non facit ad meritum: sed ad meriti manifestationem & iniquitatem ostendit opus bonum esse uoluntarium. & ideo inter laudes uiri iusti ponitur: quia laus eius in uirtutis manifestatio.

AD VI. dicendum, quod corruptio corporis materialiter facit ad meritum, in quantum ea aliquo patienter utitur. & ideo homini in statu meriti existenti per gratiam non auferatur.

AD ALIA quæ sunt in oppositu præter solutio ex dictis.

ARTICVLVS X.

Utrum alicuius creature liberum arbitrium in modo obiectum, uel immutabiliter firmatum esse uoluntatem.

DE PRIMO queritur, utrum liberum arbitrium alicuius creature possit esse obiectum in malo, uel immutabiliter firmatum. & uidetur quod non. Peccatum enim, ut dicit Augustinus de ciuit. Dei, est contra naturam: sed nihil quod est contra naturam, est perpetuum secundum Philo. in principio Celi & Mundi. ergo peccatum non potest perpetuo in libero arbitrio permanere.

¶ 2 Præ. Natura spiritualis est potentior, quam corporalis: sed si nature corporali superinducatur, quod accidens præternaturale, redit ad id, quod est sue nature conueniens, nisi illud accidens superinductum aliqua causa continue agente corrumpatur: sicut si aqua calefiat, redit ad frigiditatem naturalem, nisi sit aliquid perpetuo conseruans caliditatem. ergo & natura spiritualis liberi arbitrij est contigita incidere in peccatum, non perpetuo remanebit subdita peccato: sed quandoque ad suam iustitiam redibit, nisi assignetur aliqua causa que perpetuo malitiam in eo seruet: quam non est effugere, ut uidetur. sed dicendum, quod causa peccati inducens & conseruans est, & interior, & exterior: interior est ipsa uoluntas. exterior est ipsius uoluntatis obiectum, quod scilicet alicuius peccatum.

¶ 3 Sed contra, res que est extraneum animæ, est bonum autem non potest esse causa mali, nisi per accidens. ergo res extraneum animæ existens, non est causa peccati nisi per accidens: omnis autem causa per accidens reducitur ad causam per se, & hoc oportet ponere aliquid quod sit per se causa peccati, quod non potest esse nisi uoluntas. Uoluntas autem quando ad aliquid inclinatur, remanet in illa, quod adhuc in oppositum tendat, cum sit in quod inclinatur, suam naturam ei non rollat: quod in opposita potest. ergo nec uoluntas, nec aliquid aliud potest esse causa faciens liberum arbitrium peccato immobiliter, & quasi necessario adherere.

¶ 4 Præ. Secundum Philo. in 5. Meta. duplex est necessarium habens: peccatum autem esse in libero arbitrio non potest esse necessarium, sicut id, quod est necessitatum a seipso habens: quia hoc scimus Dei est, ut A. uic. dicit, nec iterum est necessarium quasi ab alio necessitatum habens: quia omne inuisummodi necessarium reducitur ad id, quod est seipsum necessarium; Deus autem causa peccati se non potest. ergo nullo modo potest esse necessarium liberum arbitrium in peccato posse permanere, & sic nullum liberum arbitrium creaturæ immobiliter peccato adheret.

¶ 5 Præ. Aug. in 5. de ciuit. Dei uidetur dupliciter necessitatem distinguere, quarum una admittit libertatem, faciens non esse aliquid in præter nos, quæ dicitur necessitas coactionis: alia est que libertatem non admittit, quæ est naturalis inclinatio: nec necessitate.

Ser. linea-
ris ibi.

In ar. præc.

D. 23.

H

I

K

cessitate p̄m̄ inesse lib. arb. non est necesse, cū non sit naturale, sed magis cōtra naturam: similiter nec prima: quia tunc libertas arb. tolleretur, ergo nullo modo est necessarium, & sic idem quod prius.

¶ 6 Præt. Ansel. dicit quod liberum arb. est potestas seruandi rectitudinem uoluntatis propter seipsum. si ergo sit aliquod liberum arb. quod non possit habere rectitudinem uoluntatis, amitteret proprietatem naturæ rationem, quod est impossibile.

¶ 7 Præt. Libe. arb. non suscipit magis & minus: sed minus est lib. arb. quod non potest in bonum, quā illud quod potest. ergo non est aliquod liberum arb. quod non possit in bonum.

¶ 8 Præt. Sicut se habet motus naturalis ad quietem naturalem, ita se habet motus uoluntarius ad quietem uoluntariam: sed secundum Philosophum. si motus est naturalis, & q̄es naturalis, & si motus est uoluntarius & quietes uoluntaria: sed motus quo peccatum committitur est uoluntarius, ergo & quietes qua in peccato commissio persistitur est uoluntaria non ergo necessaria.

¶ 9 Præt. Sicut intellectus se habet ad uerum & falsum, ita affectus ad bonum & malū: sed intellectus nunquam ita inhaeret falso, quin possit reduci ad cognitionem ueri, ergo affectus nunquam ita inhaeret malo, quin possit reduci ad amorem boni.

¶ 10 Præt. Secundum Ansel. in lib. de Lib. arb. posse peccare non est libertas nec pars libertatis, ergo essentialis actu: lib. arb. est posse in bonū. si ergo lib. arb. alicuius creature nō possit in bonū erit frustrata, cū res vnaquæque in uanum sit, si actu proprio destituitur, q̄a vnaquæque res est propter suam operationem, ut dicit Philosophus in 2. Celi & Mundi.

¶ 11 Præt. Liberum arb. non potest, nisi in bonum uel in malum. si ergo posse peccare non est libertas nec pars libertatis, remanet quod tota libertas sit posse facere bonum, & ita creatura, quæ non potest facere bonum, nihil habebit libertatis, & ita liberum arbitrium non potest esse ita confirmatum in malo, quod nullo modo possit facere bonum.

¶ 12 Præt. Secundū Hug. de S. Victore, mutatio quæ est secundum accidentaliter non mutat de essentialibus rei: sed posse facere bonum est essentialis libe. arb. ut probatum est. ergo cum peccatum lib. arb. accidentaliter superueniat non poterit ex peccato taliter immutari, quod in bonum non possit.

¶ 13 Præt. Naturalia, ut cōter d̄r per p̄m̄ vulnerantur, non aut totaliter tolluntur: sed posse in bonum naturale est lib. arb. ergo nunquam per peccatum ita est obstinatum in malo, quin possit in bonum.

¶ 14 Præt. Si peccatum causat in libe. arb. obstinationem in malo, aut hoc facit subtrahendo aliquid de naturalibus, aut superaddendo, non autem subtrahendo, quia in demonibus data naturalia integra manent, ut Dionys. dicit 4. cap. de Diu. nom. similiter nec superaddendo, quia cum illud quod superadditur sit accidens, oportet quod insit per modum recipientis, & sic cum libe. arb. in utrumque sit flexibile, non reddetur per hoc immobiliter inhaerens malo. ergo nullo modo libe. arb. potest totaliter confirmari in malo.

¶ 15 Præt. Bernar. dicit, quod impossibile est uoluntatem sibi ipsi non obedire: sed p̄m̄ est actus, q̄ uolēdo cōmittitur, ergo impossibile est q̄a lib. arb. possit uelle bonum si uelit. Quod autē p̄t aliq̄s si uelit non est ei impossibile, ergo cuiusq̄; habent liberū uoluntatis arb. nō est impossibile facere bonum.

A ¶ 16 Præt. Fortior est charitas quā cupiditas ad peccatum pertrahens, quia plus diligit charitas legem Dei, quam cupiditas milia auri, & argenti, ut dicit Interlinea-
ris ibi.

Sed demones, vel homines a charitate in peccatū deciderunt, ergo multo fortius possunt a peccato redire ad appetitum boni, & sic idem, quod prius.

¶ 17 Præt. Bonitas & rectitudo appetitus obstinatio ni eius opponit: sed demones, & dānati habēt bonum, & rectū appetitum, q̄a bonum, & optimū appetunt. sc̄s, uiuere, & intelligere, ut Dionys. dicit, ergo non habent libe. arb. obstinatum in malo.

B ¶ 18 Præt. Ansel. in lib. de Libero arb. inuestigat eā dem rōnē libe. arb. in Deo, in angelo, & in homine: sed liberum arbitrium Dei, nō potest esse obstinatum in malo, ergo nec in angelo: nec in homine.

SED CONTRA est, q̄ felicitas beatorum opponitur miseria dānatorum: sed ad felicitatem beatorū pertinet, quod habent libe. arb. ita firmatum bono quod nullo mō possunt in malum deflecti, ergo & ad miserā dānatorū pertinet, quod ita sint confirmati in malo, quod nullo modo possint in bonū.

¶ 2 Præt. Hoc eadem expresse August. dicit in libro de Fide ad Petrum.

¶ 3 Præt. Non patet reditus de peccato in bonum, nisi p̄ penitentia: sed in angelum malum nō cadit penitentia, ergo est immutabiliter cōfirmatus in malo probatio media: in eū penitentia cadere nō videtur, q̄ ex malitia peccat, sed angelus ex malitia peccauit, quia cum habeat deformē intellectum rē aliquam considerans simul omnia, quæ sunt illius rei intuetur, & ita non p̄t, nisi ex certa sciētia peccare, ergo in eum penitentia non cadit.

¶ 4 Præt. Secundum Damas. q̄d est hominis mors hoc est angelis casus: sed homines post mortē nō sunt capaces penitentia, ergo nec angeli post casum, probatio medie. Aug. dicit. 21. de Ciuitate Dei, quia post hāc uia decedētibz sine gratia loc̄ cōuersio nis non erit, nulla pro eis fiat oratio, & sic patet, q̄d post mortē homines nō sunt penitentia capaces.

D RESPON. D. cendum, q̄ circa hāc quæstionē inuenit errasse Orig. posuit. n. quod post longa tēporum curricula tā demonibus, quam hominibus dānatis pateret reditus ad iustitiam. Et ad hoc ponendum mouebatur propter arbitrij libertatem. Quæ quidem sententia omnibus catholicis doctoribus displicuit, ut August. dicit 21. de Ciuitate Dei, non quia salutem demonibus, & dānatis hominibus inuiderent: sed quia parti rōne oportet dicere iustitiam, & gloriam beatorum angelorum, & hominum aliquando dēre: minandam: simul. n. & bonorum gloria, & dānatorum miseria fore perpetua demonstratur Matth. 25. vbi d̄r, Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in uitam æternam, q̄d etiam Orig. sapere uidebatur. unde simpliciter cōcedendum est, quod ipsorum demonum liberum arbitrium ita est obfirmatum in malo, quod ad bene uolendum redire non potest. Cuius quidem rationem ex illa parte oportet accipere, unde causatur liberatio a peccato, ad quem duo concurrunt, diuina gratia principaliter operans, & humana uoluntas gratiæ cooperans: quia secundum Augustinum, qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te. Causa igitur confirmationis in malo partim q̄dem accipienda est ex Deo, partim ex libe. arbitrii. ex Deo quidem non sicut faciente, vel cōseruante malitiam: sed sicut non largiente gratiam, Quæst. disp. S. Tho. LLL quod

Interlinea-
ris ibi.

Cap. 4. de Di
u. nom. p. 4.
2. med.
Lib. de Con-
cor. gratiæ,
& libe. arb.
cap. 1.

Cap. 3. ante
mediū 10. 3.

Lib. 2. cap. 4.
in fine.

Cap. 21. 25.
& seq. 10. 5.

Cap. 17. 2. 5.

Ser. 15. de
Verbis Apo
stoli.

quod quidē eius iustitia deponit. Iustum est. n. vt q
 bene velle dum possent noluerunt, ad hanc miseria
 riam deducantur, vt bene velle oīno nō possint. Ex
 parte vero liberi arbitrij causa reuerfibilitatis a pec
 cato, vel irreuerfibilitatis accipienda est secundum
 ea, quibus homo incidit in peccatū. Cum autē natu
 raliter insit cuilibet creaturæ appetitus boni, nullus
 ad peccandū inducitur, nisi sub aliqua specie appa
 rentis boni. Quāuis. n. fornicator in vniuersali sciat
 fornicationē esse malū: tñ cū in fornicationē con
 sentit extimat fornicationē esse sibi bonū, vt nunc
 ad agendū. In qua quidem extimatione tria pensan
 da sunt. Quorum primū est ipse impetus passionis,
 puta concupiscentiæ, vel iræ, per quam intercipitur
 iudicium rōnis, ne actū iudicet in particulari, qđ in
 vniuersali habitu tenet: sed sequatur passionis incli
 nationem, vt cōsentiat in illud, in quo passio rēdit,
 quasi per se bonū. Secundum est inclinatio habitus:
 qui quidē cū sit quasi quādā natura habētis (vt Phi
 losophus dicit in lib. de Memo. & Remi. q. consue
 tudo est altera natura, & Tullius in Rhetoricis, qđ
 virtus cōsentit rōni in modū naturā) pari ratione
 vitij habitus, quasi natura quādā inclināt in id, qđ
 est sibi conueniens. vnde fit, vt habenti habitum lu
 xuriæ bonum videatur id, quod luxuriæ conuenit,
 quasi cōnaturale. Et hoc est qđ Philosophus dicit
 in 3. Ethic. quod qualis intus vnusquisq; est, talis & fi
 nis vī ei. Tertiuū vero est falsa extimatio rōnis in par
 ticulari eligibili, quæ quidem prouenit, vel ex altero
 prædictorū. s. impetu passionis, aut inclinatione
 habitus, vel iterū ex ignorātia vniuersali: sicut cū qs
 est in hoc errore, qđ fornicatio nō sit peccatū. Cō
 tra primum igitur horū liberū arbitriū remediū ha
 bet, quod possit peccatū deserere. Ille. n. in quo est
 impetus passionis habet rectā extimationē de fine,
 qui est quasi principū in operabilibus, vt Philoso
 phus dicit in 6. Ethic. Vnde sicut homo per veram
 extimationem, quā habet de principio pōt a se re
 pellere, si quos errores circa cōclusiones patit: ita
 per hoc quod recte circa finem disponitur potest a
 se repellere omnē impetum passionum. vnde dicit
 Philosophus in 7. Ethic. quod incontinens qui p
 passionē peccat est pœnitens, & sanabilis, similiter
 habet remediū contra inclinationē habitus. Nullus
 enim habitus oēs potētias animæ corrūpit. Et ita
 cū vna potētia est corrupta p habitū ex hoc qđ re
 manet aliquid rectitudinis in alijs potentijs, homo
 inducitur ad mediādum, & agendū ea, q̄ sunt con
 traria illi habitui: sicut si aliq; hēt cōcupiscentiæ per
 habitum luxuriæ corruptā, ex ipsa irascibili incita
 tur ad aliquid arduū aggrediendū, cuius exercitatio
 mollicie luxuriæ tollit, sicut dicit Philosophus in
 Prædicamentis, quod prauus ad meliores exercita
 tiones deductus p̄ficiet, vt melior sit. Cōtra tertiuū
 etiā remediū habet: qđ homo illud qđ accipit, quasi
 rōnabiliter accipit. i. per viā inquisitionis & collatio
 nis. Vnde qñ rō in aliquo erat ex quo cūq; error ille
 contingat pōt tolli per contrarias ratiocinationes.
 Et inde est quod homo a peccato pōt tolli & desi
 flere. In angelo vero peccatum ex passione esse nō
 pōt, quia secundum Philosophum in 7. Ethic. passio
 non est nisi in sensibili parte animæ, quā angeli non
 habent. Vnde in peccato angeli sola duo concu
 runt, s. inclinatio habitualis in peccatū, & falsa exti
 matio virtutis cognitiuæ de particulari eligibili. Cū
 autem in angelis non sit multitudo appetitiuarum
 potentiuarum, sicut est in hominibus: qñ appetitus

eorum tendit in aliqd totaliter inclinatur in illud
 vt non sit ei aliqua inclinatio inducens in contrariū.
 Quia vero rōnem non habet: sed intellectum, quod
 quid extimāt per modum intelligibile accipit. Qđ
 aut accipitur intelligibiliter accipitur irreuerfibi
 ter, vt cū quis accipit omne totū esse maius sua pe
 te. Vnde angeli extimationē, quam semel accipiūt,
 deponere nō possunt, siue sit vera, siue sit falsa. Pe
 tet igit ex p̄dictis, quod cā confirmationis detestati
 in malo ex tribus dependet, ad quæ oēs rōnes a do
 ctoribus assignatæ reducuntur. Primū est & primo
 pale diuina iustitia. Vnde pro cā obstinationis eorū
 assignat, quod quia per aliū non ceciderunt, nec p
 alium resurgere debēt, vel si quid aliud est hōi qđ
 ad congruitatem diuine iustitiæ pertinet. Secundū
 est indiuisibilitas appetitiuæ virtutis. Vnde quidam
 dicunt, quod quia angelus simplex est ad quod se
 cōuertit totaliter se conuertit, qđ intelligi oportet
 nō de simplicitate essentia: sed de simplicitate, qđ
 uisionem potentiuarum vnus generis tollit. Tertiuū
 est intellectuā cognitiō, & hoc est quod quidā ai
 cunt, qđ ideo angeli irremediabiliter peccauerunt,
 quia peccauerunt contra intellectum deiformem.
 AD PRIMUM ergo dicendum, qđ aliquid dī natu
 rale dupliciter. Vno modo cuius principum suffi
 cians hī, ex quo de necessitate illud consequitur
 aliquid impediāt, sicut terræ est naturale moueri
 deorsum, & de hoc intelligit Philosophus, qđ nihil
 quod est cōtra naturā est perpetuū. Alio modo dī
 aliqd alicui naturale, qđ habet naturā inclinatio
 nē in illud, quamuis in se nō habeat sufficientem
 principū ex quo necessario consequatur illud, ut
 licet dī naturale concipere filiu, quod in se potest
 nisi semine maris suscepto. Id aut quod est cōtra
 hoc naturale, nihil prohibet esse perpetuū, sicut
 quod aliqua mulier perpetuo abiq; prole reman
 eret hoc aut modo lib. arb. est naturale redere in bo
 num, & contra naturam peccare. Vnde nō potest
 tur. Vel dicendum, quod quamuis menti rōnā p̄
 suam institutionem consideratā p̄m sit cōtra na
 turam, tamen s̄m quod ad hāsit peccato effectū
 ei quasi naturale, ut Aug. dicit in lib. de Pecc. lib.
 rix. Philosophus dicit tamen nono Eth. quod quā
 do homo de uirtute in uitium trāsit fit quasi aliq
 eo quod quasi in aliam naturam tranfit.
 AD SECUNDUM dicendum, qđ aliter est de natura
 corporali & spiritali. Naturā. n. corporalis est de
 terminata vnus generis, & ideo non pōt sibi aliq
 effici naturale, nisi natura eius totaliter corrumpat
 tur. sicut aquæ non pōt fieri calor naturalis nisi cor
 rumpat in ea species aquæ. Et inde est qđ rectitudo
 naturā suam remoto prohibente. Sed natura spiri
 tualis est facta quātum ad s̄m esse suum in determi
 nata & omnium capax: sicut dī in tertio de Anima
 aīa est quodammodo oīa. Et per hoc quod aliter
 adheret efficitur unum cum eo, sicut intellectus dī
 quodammodo ipsum intelligibile intelligendo, & eo
 luntas ipsum appetibile amando. Et sic quamuis in
 clinatio voluntatis sit naturaliter ad unum: tñ cō
 trarium pōt per amorem ei effici naturale in tantū
 quod non reuertatur ad pristinum statum, nisi
 qua causa hoc agente. Et hoc modo p̄m efficitur
 quasi naturale ei, qui peccato adheret. vnde nō
 prohibet libe. arb. perpetuo in peccato remanere.
 AD TERTIUM dicendum, qđ se cā p̄t voluntatis
 est, & per ipsam peccatum cōseruatur. Quæ quā
 nis a principio ad vtrumq; se haberet aequaliter: de
 ma

e. 3. a medio to. 2.

Lib. 2. de inuentione in fol. 4. ante facem libri.

cap. 5. a medio to. 5.

Cap. 7. to. 5.

Cap. de onipotētis a medio to. 1.

7. Phyl. tex. 20. & p̄cc. tom. 5.

men postquam se peccato subiecit, efficitur ei peccatum quasi naturale, & ex hoc immutabiliter quantum est de se, manet in illo.

AD QVARTVM dicendum, qd ista necessitas permanendi in peccato reducitur in Deum, sicut in causam dupliciter. Vno modo ex parte iustitiæ ipsius, vt dictum est, in quantum scilicet non apponit gratiam sanantem. Alio modo, in quantum talem naturam cõdidit quæ & peccare possit, & necessitatem in peccato remanendi ex conditione suæ naturæ haberet postquam peccato se subderet.

AD QVINTVM dicendum, qd cum peccatum sit mēti rationali quasi naturale effectum, illa necessitas nō erit coactionis, sed quasi naturalis inclinationis.

AD SEXTVM dicendum, qd potestas seruandi rectitudinem uoluntatis cum habetur, inest omni habenti lib. arb. vt Anse. dicit. demones autem & alij damnati eam seruare non possunt, cum non habeant.

AD SEPTIMVM dicendum, quod libe. arb. secundum quod dicitur liberum a coactione non suscipit magis & minus: sed considerata libertate a peccato & a miseria dicitur in vno statu esse magis liberum, quam in alio.

AD OCTAVM dicendum, qd effectus naturæ semper est naturalis, & inde est quod eius actio & motus semper ad quietē naturalem terminatur: sed actio & motus uoluntatis potest terminari ad effectum & quietem naturalem, in quantum uoluntas & ars adiuuant naturam: unde potest esse motus uoluntarius, & effectus, vel quies consequens, erit naturalis & necessitatem habens, sicut ex percussione uoluntaria sequitur mors naturalis & necessaria.

AD NONVM dicendum, quod intellectus angeli si aliquam falsam existimationem accipiat, eam depōnere non potest ratione supradicta. Unde ratio procedit ex suppositione falsi.

AD X. dicendum, qd quamuis aliquid destituitur sine proximo, non tamē sequitur, quod sit omnino frustra, quia adhuc remanet ordo ad finē ultimum. Et ideo quamuis lib. arb. destituitur operatione bona ad quā naturaliter ordinatur, non tamen est frustra, qd hoc ipsum cedit ad gloriam Dei, qui est finis ultimus, in quantum p hoc eius iustitia declaratur.

AD XI. dicendum, quod peccatum per liberum arbitrium non committitur nisi per electionem a parentis boni. Unde in qualibet actione peccati remanet aliquid de bono. Et quantum ad hoc libertas conseruatur: remota enim specie boni, electio cessaret, quæ est actus liberi arbitrij.

AD XII. dicendum, qd posse bonum nō est essentialis lib. arb. quasi ad primum esse pertinet: sed ad secundum. Hugo autem loquitur de his, quæ sunt essentialia, quantum ad primum esse rei.

AD XIII. dicendum, quod ratio illa procedit de naturali quod est de constitutione naturæ, non autem de naturali ad quod natura ordinatur, & hoc modo est naturale posse facere bonum.

AD XIV. dicendum, qd p̄m lib. arb. adueniens, nō adimit aliqd essentialiū, quia sic spēs libe. arb. nō remaneret, sed per peccatum aliquid additur. s. vntio quædam lib. arb. cum sine p̄uerso, quæ ei quodammodo naturalis efficitur. Et ex hoc necessitate habet, sicut & alia quæ sunt libe. arb. naturalia.

AD XV. dicendum, qd uoluntas sibi ipsi quodammodo semper obedit, ut f. homo qualitercūq; velit illud, quod uult, uult se uelle. Quodam autē modo nō semper sibi obedit, in quantum. f. aliquis non p̄cedit

A & efficaciter uult, quod uellet se p̄cedit, & efficaciter uelle, vt August. dicit. Nec sequitur, quod si uoluntas demonum sibi ipsi obedit, quod propter hoc non sit confirmatus in malo, quia impossibile est eum uelle, quod uelit efficaciter bonum. unde si etiam conditionalis esset uera, non sequeretur cōsequens esse possibile, cum antecedēs sit impossibile.

AD XVI. dicendum, quod charitas fortior est quā peccatum, quantum est de se, si fiat comparatio vnius ad alterum s. m eundem modum habendi, vt. f. ex utraque parte accipiat libe. arb. perueniētis ad terminum, vel adhuc existētis in via. Sed tñ existens in termino malitiæ firmitus se habet ad malitiam, quā existens in via charitatis ad charitatem: demones autem, vel numquam charitatem habuerunt s. m quodam, vel si habuerunt, nūquam eam nisi sicut in statu uix habuerunt: homines autem damnati similiter cadere non poterunt nisi a gratia uiatoris.

AD XVII. dicendum, quod ratio illa procedit de bonitate & rectitudine ipsius naturæ non liberi arbitrij. Appetitus. n. quo demones appetunt bonum & optimum, est inclinatio quædam ipsius naturæ, nō autem ex electione libe. arb. & ideo hæc rectitudo oblationi liberi arbitrij non opponitur.

AD XVIII. dicendum, quod Ansel. uenatur communem rationem lib. arb. in Deo, angelis, & hominibus, s. m quandam communissimam analogiam. Unde non oportet, quod quantum ad omnes speciales condiciones similitudo inueniatur.

ARTICVLVS XI. *Utrum hominis liberum arbitrium in statu uix possit esse obstinatum in malo.*

VNDECIMO queritur, utrum libe. arb. hominis in statu uix possit esse obstinatum in malo. Et ut quod sic. Illud. n. quod infligitur ex merito naturæ lapsæ, inest omnibus ante naturæ lapsæ reparatio nem sed meritum obstinationis est peccatum naturæ lapsæ, vt dicit glo. Rom. 9. ergo quilibet homo ante reparationem in statu uix est obstinatus.

¶ 2 Præt. Peccatum in Spiritum sanctum, quantum ad omnes suas species, potest in uiatore inueniri: obstinatio uero est species peccati in Spiritum sanctum, vt habetur in secundo Senten. ergo aliquis in statu uix potest esse obstinatus.

¶ 3 Præt. Nullus in peccato existens, potest redire ad bonum nisi in eo aliqua inclinatio ad bonū maneat: sed quicumque cadit in peccatum mortale, caret omni inclinatione ad bonum, peccat enim aliquis mortaliter per amorem inordinatū: amor autem secundū Aug. in spiritibus est, sicut pondus in corporibus, corpus autem ponderosum ita inclinatur in vnam partē, vt lapis deorsum, quod nulla remanet ei inclinatio sursum, & sic nec peccatori, vt videtur, remanet inclinatio ad bonum. ergo quicumque peccat mortaliter est obstinatus in malo.

¶ 4 Præt. Nullus a malo culpe recedit nisi p̄ penitentiam: sed ille q peccat ex malitia, est impoenitibilis s. m Philosophum in 7. Ethic. quia est corruptus circa principium eligibilem. f. circa finem: cum ergo contingat aliquem in statu uix ex malitia peccare, ut quod sit possibile aliquem in statu uix obstinatum esse in malo. Sed dicendum, quod quamuis talis sit impoenitibilis ex uiribus proprijs, potest tamen reduci ad penitentiam ex munere diuinæ gratiæ.

¶ 5 Sed contra, Quando aliquid est impossibile secundū causas inferiores, licet diuina operatione fieri possit, dicim⁹ simpliciter loquēdo illud esse impossibile.

Quæst. disp. S. Tho. LLL 2 sibile,

Lib. 14. de ciu. Dei. c. 37 circa med. tom. 5.

l. par. q. 64. art. 2.

Super illud Cuius uis miseretur.

Dist. 43.

Cap. 8. a medio 10. 5.

In art.

l. par. q. 64. art. 2.

In art.

E